

ut aliquis possit evehi, Nihili, licet non
mensurabilis, mensuram exacte explora-
tam debet habere. Ea est Aliquid, Nihili
terminos exhibens, dum aut propius adest,
aut remotius ab illo recedit. Ut utrumque
liquido cognosceretur, in hac Diatriba
ostendere annixus fui, an auspicato & rite,
judicent illi, qui per meditationes, Phi-
lofopho dignas, circa hæc sacra, vulga-
ribus ingeniis inaccessa, sese exercuerunt.
Nihilum in oculis, cella, & pænu deplo-
rant, & execrantur, qui præsumptæ suæ
eruditioni, non modo Pactolum, sed Ta-
gum & Hebrum, imo Cornu Copiæ de-
beri somniant: Nihilum tamen quid sit,
haut magis sciunt, atque cæci, quibus
nullus Timetoriæ tribus censuram commi-
serit. Quod tamen hic mihi ipsi displice-
rem, atque desperarem meos conceptus
probari posse iis, quibus cor Zenodoti &
jecur Cratetis contigit, in subsidium Ca-
rolum Bovillum sollicitavi. qui quantus
fuerit, in antecessum, ad suffragium Tri-
themio vocato, ostendi. Ingenium è Sor-
bona, Scholasticis speculationibus innu-
tritum, si alicubi minus polite loqui videa-
tur, non offendentur, qui mentem ad has
& simi-